

Post ea quam euertit iesus gai · ideſt chōr: & omner habitatores eius interemit · Oportebat enim dignum aliquid talis uictoria excelso omnium dō munus offerre; quō ergo illud istud ē quod agit post uictoriam uideamur · aedificat iesus altare dnō israhel in monte gebal · & fecit illud sicut praecepit moyses famulus dni filiis israhel scriptum ē in lege moysi · altare fieri ex lapidibus integris in quibus non ē inlectum ferrum · & post ea quam fecit altare iesus imposuit ibi holocausta dnō & immolauit sacrificiū salutis · & post sacrificium scripsit in lapidibus iesus deutero nomium legem moysi · & scripsit eam coram filiis israhel · & omner seniores israhel · & iudices & scribe eorum praecedebant · hinc atque illinc arcam testamenti dni, uideamus quid in his omnib; indicatur · & quid presens lectio nobis aedificationis adquirat · omner qui in xpm ihm credimus lapides uiui essedicimur · secundum quod scriptura pronuntiat dicens · uos autem estis lapides uiui aedificati domus spiritales hostias acceptabiles dō per ihm xpm · Siquit autē inistis terrenis lapidibus observare nouimus · ethi quidem lapides quo uali diores sint & potentiores primi in fundamenta iecian tur · ut ipsi credi & supponi possit totius aedificii domus · alii uero qui sequenter sunt ideſt paulo illis inferiores proximi illis qui in fundamento sunt ordinantur · qui uero plus inferiores sunt paulo superius a fundamento deinde in corpore actione lapidum · qui in firmiores sunt in superioribus; & prope ipsa iam tecti fastigia conlocantur · Itanunc intellege & iam nunc de lapidibus uiuis esse aliquos in fundamentis huius spiritalis aedificii qui autē sunt isti qui in fundamentis conlocantur apostoli & prophetae · Sic enim dicit paulus haec ipse docens aedificati in quid sup fundamentum apostolorū & pphārū in ipso xp̄o angulari lapide

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc97/0061